Fragmentarium

A. D. 1353. — Kommentar des Johannes Andreae zu den Dekretalen Gregors IX.

Rom, Biblioteca Vaticana, Vat. lat. 1456, fol. 179.

Anfang der sog. *Novella* des Johannes Andreae zu dem 2. Buch der Dekretalen Gregors IX. Das Bild oben stellt einen Bischof auf dem Richterstuhle dar, vor dem die streitenden Parteien ihre Rechte geltend machen. Im Rahmen des Bildes, unten links anfangend, hat der Miniator geschrieben: *Ego Nicholaus de Bononia feci hoc opus anno Domini milesimo trecentesimo L.III., die tercio mensis Iunii.* Der Kodex war also im Jahre 1353 oder doch kurz vorher geschrieben worden und stammt aus Bologna. Siehe über Nicolò da Bologna Lisetta Ciaccio, *Appunti intorno alla miniatura Bolognese del secolo XIV* (in *L'Arte,* Rom, 10, 1907, p. 105) und die dort citierten Schriften. Unser Facsimile ist etwas verkleinert.

(Zum besseren Verständnis des Textes teile ich unten auch das Kapitel der Dekretalen mit, das kommentiert wird.)

Besondere Schwierigkeit bietet die Art und Weise, wie die Bücher des *Corpus iuris canonici* und des *Corpus iuris civilis* citiert sind. Es mögen deshalb hier einige Beispiele folgen, wie die älteren Kanonisten jene Bücher zu citieren pflegten:

1a. d. VIII. quo iure = in prima parte Decreti, distinctione VIII., canone qui incipit „Quo iure".

1b. I. q. I. principatus = in secunda parte Decreti, prima causa, prima quaestione, canone „Principatus". — De poen. d. VII. qui egerit = in tractatu „De poenitentia", distinctione VII., canone qui incipit „Qui egerit".

1c. De cons. d. I. nocte sancta = in tertia parte Decreti (quae inscribitur „De consecratione") distinctione I., canone „Nocte sancta".

2. De iur. pa. quia clerici = in libro Decretalium, sub titulo „De iure patronatus", capite quod incipit „Quia clerici" (siehe Zeile 15).

3. De elec. indempnitatibus. §. si vero. li. VI. = in libro Sexto, sub titulo „De electione", capite „Indempnitatibus", paragrapho „Si vero" (siehe Zeile 23).

4. De reliq. et vene. sanct. si dominum in Clemen. = in constitutionibus Clementinis, sub titulo „De reliquiis et veneratione sanctorum", capite „Si dominum".

5. Instit. de iur. nat. gen. et civi. §. sine scripto = in libro Institutionum Iustiniani imperatoris, sub titulo „De iure naturali, gentium et civili", paragrapho „Sine scripto".

6. ff. ex quibus causis. ma. l. ab hostibus §. sed quod = in libro Digestorum Iustiniani imperatoris, sub titulo „Ex quibus causis maiores", lex quae incipit „Ab hostibus", § „Sed quod" (siehe Zeile 44).

7. C. de praescript. XXX vel XL ann. l. si quis §. pe. = in libro Codicis, sub titulo „De praescriptione XXX vel XL annorum", lex „Si quis", § penultima.

8. in Authen. de trien. et semis. §. consideremus collat. III. = in libro Authenticorum, sub titulo „De triente et semisse", § „Consideremus", sub collatione tertia.

Siehe die Schrift *Modus legendi abbreviaturas passim in iure civili quam pontificio occurrentes,* Venedig 1566; Fr. Laurin, *Introductio in corpus iuris canonici,* Freiburg i. B. 1889, p. 9.

Littera Bononiensis. Gotische Buchschrift von Bologna. Der Körper der Buchstaben ist gross und breit, die Ober- und Unterlängen sind sehr klein. Die Buchstaben haben häufig die doppelte Brechung: siehe **a**, **d**, **e**, **o**, **t** (2). Die Kürzungszeichen sind sehr klein.

Einzelne Buchstaben. Siehe **a** (I, 1. 2; II, 4. 5). **c** und **e** sind schwer zu unterscheiden; doch meistens hat das Häkchen des **c** eine mehr horizontale, das des **e** eine mehr schräge Richtung (*iudicem,* 27; *peticio,* 30). **d** ist zuweilen gerade (I, 2; II, 17. 30). Rundes **r** findet sich nicht nur nach **o**, sondern auch nach **a** (41), **b** (19), **h** (24), **p** (14), **u** (22). **s** ist am Wortende zuweilen lang (4. 17). **u** ist am Wortanfang meistens rund (4. 14. 19); am Zeilenende ist **u** zuweilen spitz (14. 43).

Viele eigenartige Abkürzungen. Siehe **c.** = *capite* (8. 10), **e.** = *eodem* (zu ergänzen *titulo* oder *libro,* 18. 19), **G.** = *glossa* (II, 37. 38), langes **i.** = *infra* (7. 10), **l.** = *lex, lege* (II, 1), etc.; diesen Siglen folgt ein Punkt oder sie sind durch zwei Punkte eingeschlossen. Besondere Beachtung verdient die Sigle **ff** (II, 1. 5): sie bezeichnet die Digesten oder Pandekten des Kaisers Justinian; ursprünglich setzte man dafür **D** mit einem durch die Mitte gezogenen Querstrich; spätere Kopisten lasen diese, oft nachlässig geformte, Sigle irrtümlicher Weise **ff**. Siehe Fitting, *Über die Entstehung des Zeichens ff für die Digesten* (in der *Zeitschrift für Rechtsgeschichte,* 12, Weimar 1876, S. 300). Die Namen der Rechtslehrer und die aus den Rechtsbüchern citierten Worte sind besonders durch Suspension gekürzt (Gof. = *Goffredus,* 16; fi. = *filii,* 23; ob. = *oblatione,* 17); alle diese Kürzungen sind von einem und zuweilen von zwei Punkten begleitet. Siehe die Form der Kürzung für *ur* und *us* (28. 44).

Zahlreiche Bogenverbindungen. Siehe z. B. *pe,* **pp** (2), *dc* (5), *de* (7).

Am Zeilenende steht zuweilen ein senkrechter Strich, um die Zeile zu füllen (5. 7; vgl. Reusens, *Eléments de paléographie,* p. 160).

(De iudiciis. Ex concilio Africano. Cap. I.: De Quodvultdeo Centuriensi episcopo, quem cum adversarius ipsius eum petiisset ad concilium introduci, interrogatus, an cum eo vellet experiri, primo id promiserat, et altera die respondit, hoc sibi non placere, atque discessit: Placuit, ut nullus eidem communicet, donec satisfactione praemissa fuerit absolutus. Nam adimi sibi episcopatum ante causae eius exitum nulli potest iure videri.)

Incipit liber secundus. De iudiciis. Rubrica.

Expeditis preparatoriis iuditiorum ad iuditia veniamus. Et dictum est in plurali, quia iuditiorum aliud criminale, de quo infra, eodem, *At si clerici* et capite *Cum non ab homine,* aliud civile, de quo infra, eodem, *Ceterum* et capite *Quia V.*; aliud ordinarium, de quo infra, eodem, *Dilecti* et capite *Examinata,* aliud extraordinarium, infra, eodem, *Novit*; aliud spirituale, infra, eodem, *Exhibita,* aliud temporale, infra, eodem, *Venerabilis.* Non est addendum de annexo spirituali, infra, eodem, *Quanto,* quia illud spirituale est, infra, *De iure patronatus, Quia clerici,* [secundum Goffredum. Item iuditiorum aliud universale, aliud generale, aliud speciale, aliud commune; de hiis, infra, *De libelli oblatione,* capite II, et in *Speculo,*[1]) hoc eodem titulo per totum. XV significationes iudicii, quas posuit Ioannes Monachi super rubrica ista VI. libri, vide eodem libro, *De regulis iuris, In iudiciis* super I. glossa. Ad materiam facit II, questio I; et V, questio IIII; et XIIII, questio I; XV, questio VII; XVI, questio VI; et XXX, questio ultima, § *Hiis ita,* usque ad finem. Et repetitur in VI. et in Clementinis; cui convenit *De officio delegati, Consuluit; Qui filii sint legitimi,*[2]) *Causam,* II.;[3]) *De electione, Indempnitatibus,* § *Si vero,* libro VI.; *De hereticis,* capite finali, in principio; *De immunitate ecclesiarum, Decet,* ad finem, ubi non valet seculare iudicium factum in ecclesia.

De Quovultdeo. Casus. Qui promisit non declinare iudicem, penitere non potest. Et dividitur in duas partes: in prima ponitur factum et contumacis punitio; in secunda repellitur accusatoris iniusta peticio. Secunda ibi: „Nam adimi."[4]) Vel secundum Petrum dividitur in III: in prima ponitur facti narratio; in secunda iuris positio; in tercia incidentis questionis decisio. II. ibi: „Placuit". **De Quovultdeo:** supple „statutum est". Tancredus.[5]) Sed sine hoc subauditu sufficit littera „Placuit", que sequitur, secundum Ostiensem. Et hic est „de" prepositio, „Quovultdeo" proprium nomen, quod decidi poterat, sicut „Deodatus", infra, *De symonia,* capite III., in suprascriptione, Ostiensis, et „Deusdedit" eodem titulo, *Tanta.* **Quem,** alias quoniam, et est Parisiensis littera et melior, secundum Petrum. **Eum:** episcopum. Vincentius. **Peciisset:** arguit, quod quis non debet proponere nisi prius audientia concessa. Item arguit, quod licet partes sint presentes coram iudice die et loco assignatis, non tenetur pars experiri, nisi prius requiratur, et componat sarcinulas, et in hoc modicum tempus est consumendum. Digestis, *Ex quibus causis maiores,* lex, *Ab hostibus,* § *Sed quod.* Vincentius. **Ad concilium:** provinciale, ubi cause tractabantur, *De libelli oblatione,* capite I., *Petrus.* **Introduci:** quasi advocari, ut causetur. Innocentius. **Interrogatus:** nota quod circa principalem questionem iudex interrogare potest in XI casibus, qui notantur Digestis, *De interrogatione actionibus,*[11]) lex I. Sed extra illos casus, et extra principalem questionem interrogare potest, ubi movet equitas, ut: quis prius conduxit hospitium vel lectum, vel quando fuisti citatus, vel vis litigare sub nobis, ut hic; et *De fide instrumentorum, Cum Iohannes*; Digestis, *De interrogatione actionibus, Ubicumque.* Post litem contestatam [omnia plenius veniunt quoad interrogationes et quoad alia, Digestis, *De edilitio edicto, Ediles,* § ultima; et infra, *De appellationibus, Significante.* Vincentius. **Vellet:** in antiqua erat „apud episcopos".[6]) **Promiserat:** idem, si non promisisset. Innocentius. **Discessit:** contumaciter; propter quod fuit excommunicatus ab episcoporum concilio. Tancredus.[5]) **Placuit:** hic incipias constructum: „Placuit" scilicet „concilio Affricano de Quovultdeo" et cetera. **Nullus:** excommunicatus enim ab omnibus est vitandus, XI., questione III., *Sicut apostoli* et capite sequenti, secundum Hostiensem[7]) etiam privilegiatis, infra, [*De sententia excommunicationis, Nulli.* **Eidem** episcopo **communicet:** plane videtur velle hec littera, quod per hec verba „nullus Ticio communicet" feratur excommunicatio, et facit, quod dicam *De appellationibus, Preterea,* II., super verbum *Cognoscas*; et maxime cum adduntur verba que secuntur, et hoc concedatur, ubi apparet quod iudex hoc intendit, et talis erat, qui excommunicare poterat; et tunc procedat quod dicitur, non referre quid ex equipollentibus fiat; alias cum talia verba cadant etiam in iudices, qui excommunicare non possunt, *De immunitate ecclesiarum,* capite ultimo, libro VI. ex sua significatione non excommunicant, ex quo sequitur, quod talis communicando aliis non peccaret vel celebrando irregularis non esset. **Satisfactione:** an absente adversario et non vocato excommunicatus possit absolvi, et an, si absolvatur, absolutio teneat, notant hic Petrus et Abbas et Egidius, et remissive dabo infra, *De appellationibus, Qua fronte.* **Nam:** subintellige: nec exaudiatur adversarius, qui petebat, illum episcopatu privari, quasi convictum propter contumaciam. „Nam adimi" et cetera. Ostiensis. **Adimi sibi:** tamquam deposito. Vincentius. **Episcopatum:** redditus tamen subtrahi possunt, *De appellationibus, Pastoralis,* in fine. Innocentius. **Exitum,** alias ingressum, id est litem contestatam; si habes „exitum", id est donec constet de causa iuris, ordine observato. Ostiensis. Et dixerunt Petrus et Abbas, quod iste finis probat causam fuisse criminalem. Item secundum Franciscum Vercellensem hic fuit contumacia iudicii, propter contumaciam[8]) enim non residendi in ecclesia, bene privaretur quis episcopatu. Et sic solvitur, infra, *De clericis non residentibus, Ex tue.*

§ Secunda glossa obiectionem dupliciter solvit, et secundam reprobat.[9])

§ IIII. glossa signat[10]) contrarium, et respondet illud non solvendo.

§ In glossa II ibi, *Inter stipulantem* § I. ponit casum, quod nil valet stipulatio, cum stipulor a te Stycum, et tu de uno intelligis, ego de alio; sed secus, cum in iuditio a me petis, „quia iuditium" et cetera; et quia reus semper negaret, se de illo intellexisse, quem actor exprimeret. Et ibi § *Ex causa* ponit casum de eo, qui respondit, se heredem, et producto testamento reperitur exheredatus, vel reperiuntur alie tabule. Et ibi *Si post datum* dicit, quod procurator superveniente capitali inimicicia inter ipsum et dominum causam prosequi non tenetur, etiam si satisdedit. § In glossa *Sed nonne* ibi *Si convenerit* penitet ante additionem, qui

---

[1]) Das Werk *Speculum iudiciale* des Guilelmus Durantis. Eine andere Hand hat über die Zeile geschrieben *in IIII^a^ parte.* [2]) Es scheint hier ein Schreibfehler zu sein. [3]) = *secundo,* weil in jenem Titel zwei Kapitel sind, die mit *Causam* beginnen. [4]) *et ibi* subpunktiert. [5]) In der Venediger Ausgabe unseres Kommentars vom Jahre 1612 steht an Stelle von **t** *Tan* = *Tancredus.* [6]) d. h. *in antiqua compilatione* (in der alten Rechtssammlung) folgten nach „vellet" die Worte „apud episcopos". [7]) *Hostiensem* am Rande, von anderer Hand. [8]) Drei Worte am Rande, von anderer Hand. [9]) Nach *reprobat* ist etwas durchstrichen. [10]) So hat die Venediger Ausgabe. [11]) Der vollständige Titel heisst: *De interrogationibus in iure faciendis et interrogatoriis actionibus.*

License: public_domain – Various Locations, Generic Collection, , Text 106 – Franz Steffens, Lateinische Paläographie (https://fragmentarium.ms/view/page/F-12v1/7415/60109)